

Formula Marculfina aevi Karolini 32 (lat) [Trierer Formelmateral]

[INDICULUM^a AD EPISCOPUM]

Eximio, orthodoxo¹ *sapientiae spiritu* predito, *intellectus* gratia claro, *consilii* ratione pleno, *fortitudinis spiritu* confiso^b *scientia[e]*^c dono perfecto, *pietatis* munere celso, *timoris Domini* gratia repleto **illo** dono Dei metropolitano^d ecclesiae Treveris pontifici^e **ille** episcopus, vilis atque ultimus omnium servorum Dei servus, sine merito vel opera itemque episcopus vocor, cum omni congregatione^f semper virginis Mariae^g inmarcescibilem^h vobis in Domino Iesu Christo optamus salutem.

De ceterum cognoscat caritas vestra de illo presbyteroⁱ nomine **illo**^j quod vos minime fallat; domnus^k rex de ipsum nobis praecepit^l requirere, si domnus **ille** eum ad presbyterum^m ordinasset. Et nos ac causaⁿ viriliter per testes veraces inquisivimus, quod ipsa femina abbatissa pro suo clerico a[d]^o domno^p **illo** transmisit, et eum in canonicas presbyteri^q ordinavit. Propterea has apices salutantes atque supplicantes ad vos direximus, ut vos ac^r causa apud vosmetipsos^s vel fidelibus vestris considerare faciatis. Sicut^t vos |¹ [...]me nescitis quia Deus scit, cui nulla latet, in quantum nobis Deus intellectum dedit; vobis fidelis sum et cupio esse, dum adhuc vivo; et nostri canonici propter illud, quod superius praenotavimus^u cotidie per illorum partiones psalterium specialem pro vobis Domini misericordiam imploramus, ut ipse vobis sit^v *arma*, *iustitiae lurica*, capitis vestri *galea salutis*, virtus et fortitudo, pax et gaudium, victoria perennis. Amen. Opifex^v alme! Mirificus que^w caeli^x arce est conspicuus, ipse vos custodiat diebus et noctibus, horis atque momentis, sicut David et Iosuae^y quem elegit super Israel^z et beatissimus^{aa} Michahel archangelus, praeliator fortissimus, committet vobiscum.

Valete feliciter. Amen^{ab}

^aINDICULUM ... EPISCOPUM] so Roz, Zeu; Text heute nahezu vollständig verblasst Le₃; indiculum ad episcopum aber von späterer Hand unten auf der Seite vermerkt

^bconfiso] für confido Le₃

^cscientia[e] für scientia Le₃, so auch Roz

^dmetropolitano] metropolitane Roz

^epontifici] für pontifex Le₃, so auch Roz

^fcongregatione] verbessert aus cogregatione Le₃

^gMariae] Marie Roz

^hinmarcescibilem] inmarcessibilem Roz

ⁱpresbytero] p̄bro Le₃; presbitero ediert Roz

^jillo] īll Le₃

^kdomnus] dominus Roz

^lpraecepit] p̄cepit Le₃; precepit ediert Zeu

^mpresbyterum] p̄br̄m Le₃; presbiterum ediert Roz

ⁿcausa] iussa Roz

^oad] für a Le₃

^pdomno illo] lies domnum illum

^qpresbyteri] p̄br̄i Le₃; presbiteri ediert Roz

^rac] a Roz

^svosmetipsos] vosmet ipsos ediert Roz

^tSicut ... nescitis] Textverlust bei Seitenwechsel zwischen vos und me V₁₁

^upraenotavimus] p̄notavimus Le₃; pernotavimus Roz; prenotavimus ediert Zeu

^vOpifex] O pontifex Roz

^wque] für mirificusque Le₃, so auch Roz, Zeu

^xcaeli] coeli Roz
^yIosuae] Iosue Roz
^zIsrael] isr[³Le₃; Israhel *ediert* Roz
^{aa}beatissimus] *für* beatissim ³Le₃, *so auch* Roz, *Zeu ohne* Vermerk
^{ab}Amen] Domno patri ac sanctissimo et nobis folgt Amen ³Le₃

¹vgl. Is 11,2f.
²[fol. 41^v]
³vgl. Eph 6,11-17

